59

Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæque.

1. CZER. ZLOT.

Nro. 274 D. Sh.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest, universis, et singulis. Quia Nos habito respectu meritorum Gnosi Joannis Czarnocki Subdapiferi Drohiciensis faciendum esse duximus, ut Ipsi Pocillaturam Terræ Drohiciensis post ascensum Gnosi Jacobi Ciecierski ad Dapiferatum Terræ Drohiciensis vacantem, et ad dispositionem Nostram Regiam devolutt, daremus, et conferremus, prout quidem cum omnibus juribus, prærogativis, Munijs, immunitatibus de lege, et antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus, ad extrema vitæ Suæ tempora, vel altioris alicujus Officij assecutionem tenendum, habendum, et obeundum damus et conferimus præsentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest præsertim vero Magcis Senatoribus, Gnosis Dignitarijs, Officialibus, universæque Nobilitati Palatus Podlachiæ, et signanter Terræ Drohiciensis notum esse volentes: mandamus, quatenus præfatum Gnosum Joannem Czarnocki abhinc pro vero, legitimo, et actuali Pocillatore Terræ Drohiciensis habeant, nominent, et agnoscant, Eique de loco, juribus, prærogativis Munijs, immunitatibus hocce Munus concernentibus, et Ipsi respondeant, et ab alijs responderi curent. Pro Gratia Nostra Inquorum fidem præsentes Manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ die 1. X Mensis 7bris Anno Domini MDCCLXXXIII. Regni vero Nostri XX Anno.

Stanislaus Augustus Rex

Pocillatura Terræ Drohiciensis post ascensum Gnosi Jacobi Ciecierski ad Dapiferatum ejusdem Terræ vacans, Gnoso Joanni Czarnocki Subdapifero Drohiciensi confertur.

Nicolaus Sikorski Sec. Rae. Mtis. et Sigilli Majoris Rni pro tunc Secretarius.

In Actis Castrensibus Drohiciensibus Feria Quarta post Festum Sancti Mathæi Apostoli et Evangelistæ proximam videlicet Die 24. Mensis 7bris 1783 Anno Præsentis Privilegij Subsecuta Oblatio. Attestor Christophorus Kwinski VD reg.

Cancellariatus

Illmi Excellmi et Rndmi Domini

Antonij Onuphrij de Okęcie

Okęcki

Episcopi Posnaniensis et Varsaviensis

Supremi Cancellarij Regni

Sigillatum

est in Actis.

505

Litt. B.

Przywiley Wo Jana Czarnockiego.

na Podczaszostwo Ziemi Drohickiey.